



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs
Illvstratvs**

**Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich**

Helmestadii, 1667

Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

*Aestii] Aestios appellat Tacitus Descript. Germ. cap. 45. Haestos, Jordanus sive Jornandes Episcopus Ravennas, de rebus Gethicis p. 103. Edit. Lindenbrog. Gens fuit antiquissima, originis Germanicæ, inter Venedos & Slavos media, ubi nunc Prussi ac Livones habitant. Nam quod aliqui antiquos Borussiae incolas Sclavicae originis faciunt, imperitiæ condonandum est, cum constet lingua Celticâ ac moribus Svecicis usos esse Aestios; id quod Philip. Cluverius lib. 111. Germ. Antiquæ cap. 44. latissimè probat. Et sane videor mihi idem investigare ex iis Taciti verbis: *Frumenta ceterosq; fructus patientius quam pro solitâ Germanorum inertia laborasse.* Intolerabilis est audacia Goropii Becani, qui Aestios Taciti, in *Austros* commutat, cum tamen hoc nomen eodem ferè modo apud antiquos scribatur. *Aestii* enim apud Eginhartum, non tribus sed duabus tantum syllabis exprimi debent, per Diphthongum *eu* ut visum quoque Cluverio, loco citato p. 193. Tractu temporis varie gentis mutatum est nomen. *Gutttones* enim, quos Pytheas Massiliensis, homo Græcus, in litore Svecici maris ponit, apud Plin. lib. xxxvii. cap. 2. non alii sunt quam Aestii, quorum fortassis nomen in vico Gutland/ vel Gootland/ in citeriori Vistulæ ripâ superat. Sedem horum intra Pomerelliam fuisse opinatur Johannes Micraelius lib. 1. Pomeran. §. 19. Prusici nominis prima mentio, quantum ego memini, apud Auctorem vita Sancti Adalberti, quem sub Ottone III. vixisse constat, occurrit. Semel tantum hæc vita edita est à Canisio, tom. 5. antiqu. lect. extatque in membranâ eleganter perscriptâ, inter cætera monumenta rariora Bibliothecæ Iulie. In eo libro non Pruzzorum tantum ac Pruzia, sed clara etiam urbis Gedanensis habetur mentio, quam auctor Gyddanyzc, vel Danyzc appellat: Sic enim scriptus liber satis manifesto literarum ductu, idque sibi etiam videri suâ manu adscriptis Reinerus Reineccius. Post istum autem Adamus Bremenensis, Presbyter Helmoldus, aliiq;, Prusorum vocabulum adhibent.*

Una tantum & quam per se gesserat Expeditione) Suscepta enim & alia expeditio est in Wilzos iussu Caroli M. à Carolo Filio ejus Primogenito, cum gentes istæ Godefrido Danorum regise adjunxissent: quæ de Adelimus ac Regino Prumiensis, uterque ad ann. 808. In eo autem bello quod Carolus ipse anno 789. gesserat, res adeò feliciter processit, ut Wilzan inter cæteros Wilzorum regulos & nobilitate generis & auctoritate senectutis præcipuus, Caroli se ditioni statim subjiceret, teste Adelm. ad eum annum.

CAPVT XIII.

I. **M**aximum omnium, quæ ab illo gesta sunt, bello-
rum, pt̄ater Saxonicum, huic bello successit, illud
vide.

* MS.

Avaros.

licet quod contra * Avaros, sive Hunos, suscep^{tum} est,
quod ille & animosiùs quam cætera, & longè majori appa-

* MS.

cætera.

* MS.

perficienda

ratu administravit. † Unam tamen per se in Pannoniam
(nam hanc provinciam ea gens tūm incolebat) expeditio-
nem fecit: * cæteras filio suo Pipino, ac Præfectis provin-
ciarum, Comitibus etiam atq; legatis * perficiendas com-
misit. † Quod cum ab iis strenuissimè fuisset administra-

* MS. ri-

diculè: in

qua regia

pagani e-

rants.

tum, octavo tandem anno completum est. † Quot prælia

in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua

omni habitatore Pannonia, & locus in * quo regia Caga-

nii erat, ita desertus, ut ne vestigium quidem in eo humanæ

habitationis appareat. † Tota in hoc bello Hunorum no-

bilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia & conge-

stī ex longo tempore thesauri direpti sunt. † Neque ul-

lum bellum contra Francos exortum humana potest me-

moriare recordari, quō illi magis ditati & opibus aucti sint:

quippe cum usque in id temporis penè pauperes videren-

tur, tantum auri & argenti in regia * compertum, tot spo-

lia pretiosa in præliis sublata, ut meritò credi posset, hoc

Francos Hunis justè eripuisse, quod Huni prius aliis gen-

* MS.

repertum.

tibus injustè * eripuerant. † Duo tantum ex proceribus

puerunt.

Francorum eo bello perierunt, Ericus dux Foro Julianus,

* MS.

Tarsicam.

in Liburnia juxta * Tarsaticam maritimam civitatem, insi-

diis oppidanorum interceptus, & Geroltus Bajoariæ præfe-

ctus, in Pannonia, cum contra Hunos præliaturus, aciem

instrueret, incertum à quo, cum duobus tantum, quieum

obequitantem ac singulos hortantem comitabantur, inter-

fectus est. † Cæterum incruentum penè Francis hoc bel-

lum fuit, & prosperrimum exitum habuit, tametsi diutius

suā magnitudine traheretur: post quod & Saxonum sux

prolixitati convenientem finem accepit.

ANIM.

